



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Iuuentvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve Adolescentiæ Sanctorvm

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphalorvm, 1615

Ponticus puer mart. 2. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

cie. Mahometista cum hoc sanitatis benefici-
um suis medicamentis acceptum ferrent; eiusq;
ingratitude redarguerent, mortem mi-
nantur. Quibus ille: Non est mors sic mori, ait,
sed vita. Quare nolite putare, me verbis ve-
stris terreri posse: nec medicamenta vestra p-
fuerunt, quæ vix multis diebus aliquid effici-
unt. Me autem Crux Domini nostri Iesu Chri-
sti, & Virgo Maria ad hunc diem conseruauit.
His dictis securi caput supposuit, & ad cælestia
regna euolauit.

I V N I V S.

MARTYRIUM PONTICI PVERI XV.

annorum, in historia martyrum Gallicanorum.

2. Iunij apud Sur. Tom. 3.

Cum fortissimi Christi martyres apud
Lugdunum Galliæ ad sanguinem ac ne-
cem vsq; pro fide constantissimè dimicarent,
inuentus est etiam puer ætate quidem imbel-
lis, at animo ac virtute viris superior; qui per
diuersa tormenta martyrij lauream prome-
ruit. Hic cum in Amphitheatrum quotidie
ad spectanda cæterorum supplicia introduce-
retur, & iurare per idola gentilium cogere-
tur, nequaquam obtemperauit. Videns itaq;
vesana multitudo se despiciatui haberi, nihil
adolescentuli ætatem miserata, asperè & fero-
citer sæuiebat. Omnibus igitur tormentis e-
um obiectare, & per quoduis supplicij genus
agitare cœperunt. Cæterum Ponticus post
omnia cruciamentorum genera viriliter &
magno

magno animo tolerata, extremum spiritum edidit, atque ad æternos triumphos victor commigravit.

EXEMPLVM S. MEDARDI EPISCOPI
Noviomensis 8. Iulij apud Sur. Tom. 3.

Beatissimus Medardus egregia sanctitate vir, patre Nestardo, matre vero Protagia natus, à teneris vnguiculis magna vtriusque parentis diligentia educatus fuit, studioq; literarum adhibitus, breui inter sodales suos scientiæ laude emicuit. Porro adhuc puerulus adeo plixa erat in pauperes misericordia vt semet multa abstinencia macerans, victum ac vestitum necessarium sibi detraheret & pauperibus perbeneuolè largiretur. Quadã siquidem die cæci cuiusdam nuditatem miseratus, vestem nõ modici pretij sibi à matre donatam, eidem benignissimè porrexit. Et quanquam nõ raro ea propter parentum indignationem incurreret, pius tamen puer nullo modo ab eo beneficii studio auocari poterat. Cum die quodam eius parens ex itinere fessus, equos suos in prato ei custodiendos committeret, puerq; fortuito hominem quendam ephippio onustum pertransire videret, percunctari cœpit, qua de causa tam graui onere semet fatigaret, cum ipsa via satis laboris & molestiæ adferret. Cumq; ille mœsta voce equum sibi deperisse quereretur, puerum tantæ fatigationis miserescibat, videntq; cum sudantem, adeoq; pene defi-

Miseri-
 dia.